Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26142
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cidente illius loci obseruari. et illius ado
riente. et sic per IIII celi plagas nomina
que data dominus ipse designat. que in iudea ista
terrena populus dei debeat custodire. Dicet ergo
in his simplicior quisque auditor: quia possunt
hec opera necessaria uideri et utilia
etiam secundum litteram. propterea ut nemo transgredi
audeat terminos per precepta domini constitutos. et
fines alterius tribus alia uiolare non aude
at. Sed quid faciemus cum in terris istis non solum
inuadendi alterius fines iudeis. sed qua
liscumque possidendi facultas nulla re
manserit. Profugi namque ab ea et extor
res exulant. et fines non quos lex diuina
statuit nec possidentes custodiunt.
Sed quis uictorum iura mandarit. Quid igitur
nos faciemus qui hec in ecclesia leguntur. Si
secundum iudeorum sensum legantur superflua
nobis profecto uidebuntur et inania. Sed ego
qui lego de sapientia scriptum. exi post ea sic
inuestigator. uolo exire post ipsam.
Et quia in rebus eam corporalibus non in
uenio. insequi eius uestigia cupio et in
uestigare quo eat. ac uidere intel
lectus meos atque cubilia quo pergebat.
Puto enim quod si diligenter eam sequi potue
ro et inuestigare uias eius. dabit mihi aliquas
occasiones ex scripturis. quomodo etiam nos

de his locis explicare debeamus.
Si enim secundum hos quos Paulus in mysterio loquitur
quod qui per legem deseruiunt celestium et
si secundum ipsius nichilominus sententiam
lex cuius pars est hec lectio quam habemus
in manibus umbram habet futurorum bonorum
consequens uidetur et necessarium omnia
que quasi de rebus terrenis describuntur
in lege umbram esse bonorum celestium.
omniumque hereditas terre illius que in iu
dea terra sancta et terra bona appellatur
imago sit bonorum celestium. quorum hec
ut diximus que in terris bona memorantur
umbram atque imaginem teneant.
Sed paululum et minus sermo et uera in
telligentia sublimetur. atque ingressum
quendam ad ea que diximus adtendenda ca
piat. utamur aliqua similitudine.
Nemo dubitat quod in tota iudea omnis locus
omnis mons. omnis ciuitas et uicus certis
quibusque uocabulis designetur. nec est ullus
omnino locus sine nomine. Sed propriis singula
queque appellationibus designantur. ubi gratia
quibus aut chananei in suis locis aut
ferezei nichilominus. amorreique aut
euei. uel etiam hebrei nominantur. ita
ergo secundum sententiam pauli que umbram
et exemplar celestium dicit esse terrena